

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio ac
cum fonte primo

Passio tua, Domine Ihesu, ultimum
refugium, singulare remedium,
deficiente sapientia, iusticia non
sufficiente, subcumbentibus
meritis, illa succurrit.

Cum tamen defecerit uirtus mea non
conturbabor, non diffido. Scio quid
faciam: Calicem salutaris accipiam
et cetera.

Bernardus super Cantica sermone XXII.

Passio tua ultimum
refugium, singulare remedium.
Deficiente sapientia, iustitia non
sufficiente, sanctitatis succumbentibus
meritis, illa succurrit.

Quis enim de sua vel sapientia, vel
iustitia, vel sanctitate praesumat
sufficientiam ad salutem? NON QUOD
SUFFICIENTES, inquit, SIMUS COGITARE
ALIQUID A NOBIS TAMQUAM EX NOBIS,
SED SUFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST.
Itaque cum defecerit uirtus mea, non
conturbor, non diffido. Scio quid
faciam: CALICEM SALUTARIS ACCIPIAM,
ET NOMEN DOMINI INVOCABO (Psa.
115:13).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 22, 8 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., pp.134-5, ll.24-27, 1-3).